



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 6. Detegit fraudes, & laqueos diaboli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

§. 6.

Detegi t fraudes, & laqueos Diaboli.

Cogitaverunt supplantare gressus meos, absconderunt superbi laqueum mihi, & funes extenderunt in laqueum, juxta iter, scandalum p o s u e r u n t m i h i. *Pf. 139.v.6.*

Deciperis misere, versuti Dæmonis arte,

Qui calice aurato, tibi fel pro melle propinat,

Quod postquam biberis, ructus causabit acerbos

Et fellis gustus, pleno tunc ore redibit, Totumque inficiet mordaci felle palatum,

Tunc sero sapies, cum nil prodesse valebit, Si modo non videas, quod amara bibentibus illam,

Potio sit, stygius, quam hoc miscet aromate Caupo.

Sœpius occulto, mordet sub gramine, serpens,

Et vulnus lethale capis, dum gaudia quaeris,

Sic sub deliciis, latitant luctusque dolorque,

B 2

Quos

a Gen. 3. **b** Apoc. 17. **c** Deuteron. 32. **d** Prover. 23. **e** Isa. 24. **f** Eccle. 20. **g** Job. 14. **h** Proverb. 14.

Quos, astu novit Dæmon, celare sagaci,
 Ne pateant oculis, quæ sunt abscoſa venena,
 Non dormit, vaſer hic unquam, requiem
 capeſſit,

a Sed vigil, ut rugiens Leo circuit, undique
 quærens,

Crudeli captam rictu, quam devoret eſcam,
 Utque, ſagax ſylvis, venator retia tendit,
 Et pedicas, avibus diſponit, callidus auceps,
 Fallacique cibo volucres, cantuque doſoſo,
 Allicit in caſſes; ſic hic venator Averni,

b Omni pene loco, laqueos & retia ponit,
 Ac ſtruit inſidias, aditusque præoccupat om-
 nes,

c Vix queat ut quiſquam ſapiens ſatis eſſe
 vel inſons,

Qui tuto evadat, nec vi, vel fraude latente,
 Illius in caſſes, & retia laxa trahatur:
 Hinc sæpe extinctos, ſufflando reſuſcit
 ignes,

d Induit ignotos habitus, variatque colo-
 rem,

Nunc ovis aſſumit formam, sævi inde leo-
 nis,

Triftia nunc ſimulat, nunc gaudia inania ſim-
 git,

a 1. Pet. 5. *b* *Pſal.* 63. 90. 118. *Eccl.* 9. *c* 8.
Athanaſ. in vita S. Antonii. *d* *Iob.* 41. 1. 2.
Corinth. 11.

I Nunc nigrior corvo , Angelicâ mox luce
refulget,

Attenuat culpam, vitia & turpissima celat,
a Suggestit, effugia, errores quibus arte te-
gantur,

Ingerit invidias, rixarum semina spargit,
b Proque suo libitu, turpes accendit amores,

Hos timidos nimium, securos efficit illos,
c Utque animam perdat, captorum corpora
abundè.

Pascit deliciis, vitiis alimenta ministrans.

Nec modo, sic parvas volucres, pavidasque
columbas,

Verum etiam grandes, & ad æthera sæpe vo-
lantes,

d Illaqueat pedicis aquilas, fortesque leones,

e Dum recti, ac æqui specie, proponit iniquū,

Subque colore boni, mala pessima quæque
recondit,

Non secus, ac anguis, tectâ qui profilit herbâ,

Ore canit, caudâque ferit, funditque, venenū,

Moreque Sirenum, seducit carmine blando;

Ac velut, obmutit, jam prædâ, fistula captâ,

Sic simul ac stygio, est innexus homūcio reti,

Illecebræ cessant, irritamenta malorum,

B 3 f Et

a Genes. 3 1. Reg. 18 b Daniel 13 2. Reg.

13. c Luca 16. d S. Augustinus, Soliloq. cap.

29, e Gen. 3.

a Et rigidis, vinctus manibus, pedibusque
catenis,

Freno ori incerto trahitur, quocunque li-
bido

Effera, crudelis vel iusserit ira Tyranni:

Dæmonis astuti, Miser heu, sic falleris astu,

Quem tibi detexi, ne te fallacia lædat.

§. 7.

Suadet fugam carnalium voluptatum, ac earum pericula, & infelicem finem describit, ac fraudes Diaboli ulterius detegit, uti & poenas, quas posthac infliget.

Stuppa collecta, Synagoga peccantium, & consummatio eorum, flamma, ignis. Vnde peccantium, complanata lapidibus, & sine illorum, inferi, & tenebræ, & poenæ
Eccle. 21 v 10 & 11.

b **S**erne voluptates, nocet emptæ dolor
voluptas,

c Quæ brevis est, animæque infligit vulnera
mortis,

d Et precio caro, hæc fallacia gaudia vendit

e Quæ fugiunt, veluti glacies, cum solvuntur
igne,

a 1. Corinth. 12. *Isa* 51 *b* Gen. 3. Proverb. 14

c Sapi. 5. *Isa*. 24. *d* Gen. 25. *c* 2. Reg. 11. & 12.